

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2928

Auteur(s) : Robert Bertran, chevalier, Bricquebec (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Robert de Gonneville [écuyer]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1250, décembre

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Robert Bertran, chevalier, donne à Robert de Gonneville le demi-fief au Goupil et quatre acres de terre, plus six vergées de pré, plus encore, sur l'eau de Sie, les coutumes forestières ; à charge de fournir chaque année un épervier ou 2 sous de monnaie courante.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, Bricquebec, n° 32, p. 218-220.

Texte établi d'après a

Erga Robertum de Gonovilla.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Robertus Bertran, miles, Dominus de Briquebec, dedi et concessi et hoc presente carta mea confirmavi Roberto de Gonovilla, armigero, pro suo servitis et homagio dimidium feodum quod fuit « au Goupil » situm in parochia beati « Martini-le-Hebert », et quatuor acras terre quas Hernulphus tenuit de me sitas inter hermitagium des Iz, ex une parte, et forestam erga « le mestier de l'Estanc », ex alia, et septem virgatas terre sitas juxta quatuor acras predictas. Dedi etiam eidem Roberti de Gonoville totum tenementum quod tenuit Robertus le Moines, de Henrico Sylvestri, situm inter clausum de Faiel, ex una parte, et terram Roberti le Veautre, ex altera. Item, dedi eidem Roberto terram quam tenuit Guillelmus l'Engineor, de Henrico Silvestri, inter clausum de Faiel et dimidiam acram quam tenuit Julianus Brienchon, de dicto Henrico, in clauso supradicto. Item dedi eidem Roberto duas acras terre sitas in parochia beati Martini-le-Hebert quas dictus armiger [tenuit] de Ricardo de la Cote et de Guillelmo filio ejusdem, et six virgatas prati quas emi de Johanne dicto le Rei et heredibus Hastom, sitas inter mariscum Cornet, ex una parte, et « le refoul » viverii de Vritot, ex altera. Dedi etiam eidem Roberto unam virgatum alneti mei sitam juxta dictum pratum. Insuper dedi eidem Roberto omnes costumae foreste mee planariè, sicut ceteri costumarii mei dicte foreste habent et ad usum manerii sui siti in parochia sancti Georgii de Nehou super aquam Seie. Volo etiam et concedo quod dictus armiger habeat quamdam piscariam in aquam Seie feudalem sitam videlicet inter meam forestam domini de Neahou. Tenenda et habenda omnia supradicta dicto Roberto de Gonovilla et suis heredibus de me et heredibus meis liberè, quietè et pacificè ab omnibus rebus et redditibus et moutis et omnibus servitiis et actionibus et jure hereditagio, possidenda, reddende inde michi et heredibus meis, de se et heredibus suis, unum nisum sor annui redditus ad festum Michaelis vel duos solidos usualis monete si dictus nisus nequeat commodè inveniri. Et ego predictus Robertus Bertran et heredes mei tenemur predicto Roberto de Gonoville et heredibus suis omnia supradicta contra omnes pro predictum redditum garantizare. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli mei munimine confirmavi. Datum anno Domini M° CC° L°. mense decembris.

